



**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Imago 10. Maiori minor vmbra caput submittit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

tristi silentio stupent & squalent. In eis autem speluncas annos omnino 27. delituit illa lucerna ardens & luctans, & inde ad aquas circa Iordanem processit. Ioan. Boucher in Boucquet sacré l. 3. c. 7. aliter sentit Saluianus. Ad quod ut ager Ioannes Abbas diuertit; à Sancto Ioanne ibidem secundum quietem sibi apparente ea lege sanitatem illud recepit, ut inibi degere. Vbi adem D. Ioannis sacram struxit, & alios aduocauit. Mosch. prat. spirit. l.

Eo sanctissima mater puerulum etiamnum haren-  
tem vberibus suis post sesquiannum à suo ortu translu-  
lit. Niceph. i.l. c. 14.

Qua vbi ibidem quadriannum iam puerum orbum  
ipsa moriens reliquit: educandi ipstus curam Angelus  
suscepit. Cedren. compend:

Quo in deserto Moysi & Eliae amulus hic vatum  
Princeps & pluribus incolenda solitudinis exemplum  
dedit.

Ioannes è diaino gratiæ vberiore in-  
fluxu inter natos de muliere maxi-  
mus; sibi tamen minimus.

Imago 10.

*Maiori minor umbra caput  
submittit.*

1. *Cedrus altissima sub qua*
2. *Cedri minores adsurgunt, ad*

3. *Fontem;*

3. Fontem quem
4. Lilia coronant.
1. Ioannes sanctissimus
2. Alij sancti, sed minores
3. Christum quem
4. Intaminata castitas, & pura ab omni labe virtutes condecorant.

### AD IOANNEM.

**M**acte bibis plenâ de Virgine pabula vitæ.  
Et Cedrus ad fontem surgis alumna tuum.  
Hanc casti pueri, castæ petiere puellæ,  
Quæque sub hac cedro stirps minor umbra viret.  
Innuba seu fuerit laurus, seu pinguis oliua;  
Dedicat huic baccas illa, vel illa suas.  
Quæ reliquas stirpes stirps tam procera triumphas,  
Non cedrus; at victrix palma ducora vires.

### NOTÆ.

Dei est promissio quam dat iusto: Sicut Cedrus Libani multiplicabitur. In Libano cedri nobilissima qualis Ioannes in summo sanctitatis fastigio, cœl monte eminens, qui suo exemplo cœl facundo surculo, in alijs eandem propagat sanctitatem. Tamen altissima & maxima cum sit cedrus; si proceram & decoram eius speciem suspicias, minima tamen semine quod vel formica absunmat teste Plinio. Tota continetur: sic in corde S. Ioannis cuius tam præclara eminent sanctimonie opera & signa virtutum, quasi nihil ab ipso estimantur. Qui magnus cum sit, nolite magnus videri.

E IN

In Ioanne nullius vñquam vel minima  
offensæ suspicio.

*Imago 11.*

### *Mens conscientia recti.*

1. Sol irradiat
2. Globo crystallino insistenti
3. Columnæ.
4. Genius explorat, an ea sit ad perpendiculum  
recta.
1. Deus adflat gratiam
2. Ioannis animo, in
3. Constanti sanctæ vita tenore.
4. Amor Dei Ioannis sanctimonium explorat.

Perpetua in Ioanne sanctitas, vitæ cœlestis tenore & assiduo sanctitatis exercitio decursus nusquam otio interruptus.

*Donum Ioanni ab Amore divino.*

*Imago 12.*

### *Spiritus intus agit.*

1. Horologium perenne idque aureum, in quo
2. Zodiaci 12. signa cum
3. Sole, qui designat suis
4. Radijs singula Zodiaci signa.
1. Vita assiduus in Dei amore decursus.

*2. Annus*